



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 117. Seditiosi ex urbe Regis jussu expulsi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

**Sæcul. XVI.** in quadam Episcopalis Palatii aula qui-  
A.C. 1594. dam ex Ordine sancti Augustini Reli-  
 giosus ad populum dicebat: præterea  
 observabatur, quod omnes Religiosi  
 Mendicantes huic supplicationi interfuer-  
 int, exceptis Fratribus Prædicatoribus,  
 quibus interesse prohibitum, quin hujus  
 interdicti ratio eis manifestaretur. Por-  
 ro hæc supplicatio deinceps passim no-  
 minabatur Regia supplicatio: Die au-  
 tem trigesima ejusdem Mensis Senatus  
 promulgato edicto cuncta, quæ Regiæ  
 auctoritati, regnique legibus adverba  
 vigente födere gesta fuere, tanquam  
 nulla, & irrita declarabat, simul om-  
 nibus Regis subditis injungebat, ut de-  
 serto unionis studio Regiæ suæ Majes-  
 tati obsequium, obedientiam, fidemque  
 præstarent. Denique hanc supplicatio-  
 nem quotannis celebrari decrevit vi-  
 gesima secunda Martii die, qua Pari-  
 siensis Urbs in Regis obsequium redacta  
 fuit.

### §. CXVII.

*Seditiosi ex urbe Regis jussu expulsi.*

*Mem. l. c.*  
*p. 215. t. 2.*  
*Satyr. Me-*  
*nipeé edit.*  
*1726. p. 518*

Postquam hoc edictum fuerat promul-  
 gatum, eadem die ad Regionum  
 Urbis Tribunos scheda, seu index mit-  
 tebatur illorum, quos Rex sibi suspectos  
 habuit, eosque tanquam homines Sex-  
 decimanorum factioni penitus addictos  
 e P<sup>o</sup>.

e Parisina urbe ejici præcepit. Erant illi numero octoginta sex: in eo autem edicto Tribuni cunctis, in hoc indice nominatis, significare jubebantur, Regis voluntatem esse, ut hi aliquam iuu urbe excederent, si vero eorum nonnulli ad Maduanum Ducem sese recipere desiderarent, illis scripto securitatis cautio traderetur, his autem, qui sese Regi subjicere parati forent, fidemque suam juramenti Religione obstringerent, eorum bona, officia, & dignitates farta servarentur: verum ex omnibus illis, qui in hoc Indice erant designati, solum Carmelitarum Prior nomine Simon Filieulus, & Jacobus Julianus sancti Levii Parochus hac Regis gratia utentes sese ejusdem obsequio devovebant.

§. CXVIII.

*Turonensis, & Catalaunensis Senatus Regis jussu Parisios adventantes.*

Demum Rex, postquam a primis cu-  
ris liber Metropoli suæ de recto or- Thu. l. 109.  
dine, ac tranquillitate prospexerat, da- Avil l. 14.  
tis literis Præsides, Consiliarios, & Se- Mem. dc  
natus sui Turonium, & Catalaunum r' Etoil.  
translati Ministros monuit, ut nulla  
mora Parisios contenderent, ibidem-  
que in pristino, primoque suo Tribunali  
justitiam administrarent. Sub idem  
tempus